6100

ad Porosnik cum prato protendend inter metas ut supra jacend cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus attinend nullis exceptis in summa ... florenorum polonicalium hinc usque ad exemptionem obligavit ac jus suum ... cum jam ... intromittend cum possessione officio acceptandi et admittendi submittendo se cum suis posteris eundem tenutarium et eius successores ab omni impedimento tuendum et solus per se et per submissas personas non inquietare sub vadio simili ut coram officio praesenti peremptoria responsione omnibus juris remedijs et defensis se et suos successores absumbendo

Porzeziny Poplawy Advitalitas

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparentes Nobilis Matias filius Alberti Porzezinski in Porzeziny haeres ab una et Nobilis Hedwigis filia olim Matiae Wlostowic Poplawski consors ipsius in Poplawy haeres a partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam et libere recognoverunt inter se fecisse mutuam advitalitatem omnium et singulorum bonorum mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum ac alio quovis juris titulo spectantium paternorum tantum in haereditatibus villarum Porzeziny et Poplawy ac alibi ubivis consistentium nunc habitorum et in posterum habendorum in areis hortis aedificiis omnibus pannis et magnis campis pratis silvis rubetis stagnis fluviis seminibus frumentis omnis grani pecoribus pecudibus totaque substantia et suppellectili ... et generaliter omnibus utilitatibus proventibus attinentiis ad extrema vitae suae tempora inscribunt eum in modum quod si in primis praefata Hedwigis Poplawska quam praefatus Porzezinski maritus eius de hac luce decesserit extunc ipse bona eius omnia mobilia et immobilia in haereditate Poplawy consistentia paterna tantum et ubivis locorum consistentia jure coniugalis eius quovis juris titulo concernentia tenebit possidebit ac illis utifruetur ad extrema vitae eius tempora. Simili etiam modo si prius supranominatum Porzezinski quam praefatam Poplawska consortem eius mori acciderit extunc ipsa bona eius omnia mobilia et immobilia ubivis locorum consistentia ipsum quolibet juris titulo spectantia jure advitalitatis possidebit. Post decessum vero alterius eorum bona in successores ipsorum devolvi debent

Poplawy Szablowski Donatio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Hedwigis filia olim Matiae Wlostowic Poplawski consors Nobilis Matiae Porzezinski cum eiusdem mariti sui ... tutoris coniugalis personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens publice et libere recognovit quod Nobili Andreae Anselmo Szablowski et ipsius legitimis successoribus bonorum suorum immobilium in bonis Poplawy consistentium maternorum in sorte Kinyc unum sulcum desinatum a platea ad fluvium Kinyc protendentem penes sepes eiusdem Szablowski et Kinyc jacentem cum omnibus utilitatibus nullis exceptis dedit donavit ac jus suum intromittendi cum usufructu officio acceptandum et admittendo pacemque ... omnimodam ab omnibus impedimentis cavendo sub damnis ... ut coram officio praesenti peremptoria ... omnibus juris remedijs et defensis ac legalibus impedimentis etiam de jure concessibilibus se et suos successores ... abrenunciando.